



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Recedentium à fide Petri & Romanæ Ecclesiae obedientia. tit. 287

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

de his, quibus dabatur ad manum Eucharistia, ut
nunciarent Papæ. Sic hodiè iurant sectarij cùm à Su-
perintendentibus suis ordinantur, sc̄e nunquām Pa-
pæ obediare velle nec suis decretis.

Tertio, omnes sectæ violent hunc articulum fidei,
Credo vnam Ecclesiam. Si hanc crederent unitatem
Ecclesiae, non se separent à capitum obedientia, Papæ
& Cæsaris: non se separarent à communione sancto-
rum, qui omnes vnanimiter crediderunt, & permane-
serunt in illa unitate & obediētia, quam Christus in-
stituit, Matt. 16. Tu es Petrus. At non curant sectæ san-
ctorum libros, doctrinam, communionem, &cæ. Re-
spondeo, non mirum, quia extra unitatem corporis
mystici sunt, i. Cor. 12. correpti sunt & admoniti fra-
ternè, vt redeant ad unitatem Ecclesiae: sed quoniam
nolunt, i deo denūciatum est Ecclesiae Catholicae per
totum orbem de eis per Papam & Imperatorem, quæ
sunt capita Ecclesiae ministerialia & à Deo ordinata,
& suas bullas emiserunt. Ideò à nobis tanquam eth-
nici habendi sunt, Mat. 18. Ut igitur non curas ethni-
ci & Iudei fidem, &cæ. sic nec illorum: ergo persecu-
tionem, quam patimur, id est, propter hanc capitum
obedientiam, propter Christi ordinationem patimur
Rom. 13. Matth. 16.

*RE CE DENTIVM A FIDE PE-
tri & Romana Ecclesia obedientia, dāna.*

TITVLVS CCLXXXVII.

PRIMÒ, Apostolus Paulus dicit, quod
in nouissimis diebus discedent homi-
nes à fide, i. Timo. 4. scilicet catholica,
attendētes spiritibus erroris, id est, au-
diēt spiritus docētes errores, i. eos qui
iā olim dānati sunt, renouātes, sicut Taciani heretici
prohibentes omnino nubere, quasi matrimonium sit
peccatum, & cibos aliquos fugiūt, sicut Iudæi, &c. &
Petrus

Petrus 2. Pet. 2. dicit, quod se&cte iterum reuocabunt errores, quos iam vix effugerunt, & 2. Thes. 2. inquit: Primum veniet discessio, antequam filius perditionis reuelabitur: discessio, id est, defectio a fide Romanæ Ecclesiæ, & obedientia Imperatoris. & sic prædictus est recessus ille & discessio clarè, quod veniet vel simul vel semel in vniuerso orbe, sicut aliqui arbitrantur, vel particulariter iam in illo regno vel ciuitate, iam in illa, donec totus mundus fuerit rebellis, sicut dicitur Matt. 24. cum prædicatum fuerit Euangeliū in vniuerso orbe, &c. tunc erit consummatio. Ille igitur recessus solicitabitur per haereticos, ne quis obediatur & credat cum Rom. Ecclesia & imperio. & hoc vnicum semper elaborarunt magno studio haeretici & illorum adhæsores, &c.

Secundo, quam grauissimè peccant illi Sathanæ venatores & seductores a fide & obedientia Romanæ Ecclesiæ, qui quotidiè catholicos tentant, & laqueos ponunt, sicut seniores nequam Susannæ, Daniel. 13. & matrona seu mulier illa AE Gyptiaca, vxor Putipharis, adolescenti probo & pudico Ioseph, Gen. 39. scriptura & SS. patres docent: Christus primò inquit, Matt. 23. VAE vobis Scribæ & Pharisæi, qui curritatis hinc inde per terram, per aquam, ut faciatis unum proselytum, id est, socium se&cte & fidei vestræ, & cùm factus fuerit, facitis eū in duplo filium gehennæ, id est, si prius fuit tamē debilis in fide, iam omnino falsè credit: & si prius in vita fuit defectuosus, iam vestris malis exemplis eruditus, imò peruersus ac induratus, omnino fit lasciuus. & sic duplo magis fit filius gehennæ &c. At qui alium facit filium gehennæ, ipse gehennam non euadet, &c. Secundò, hoc peccatum grauius est idolatria, sicut probat Augu. libr. 1. contra Donatistas cap. 8. ex grauitate pœnæ. Nam idolatriæ gladio puniuntur, Exod. 32. At Haeretici, Choræ, Dathan & Abiron, quia populum solicitarunt

R R r 5 ab

ab obedientia Moysis, hiato terræ puniti sunt, Num. 16. Tertiò, hoc peccatum schismatis iterum spoliat gratijs & donis acceptis in Baptismo, sicuti seruone quam Mat. 18. contigit, cui redierunt omnia peccata sua & debita iam dimissa. Quartò, priuat regno cœlorum, Gal. 5. Secte regnum Dei non consequentur. Idem dixit Aug. Epist. 165. & si angelus de cœlo venires & præciperet acceptare partes Donati, anathema esset suscipere &c. Væ igitur illis prædictoribus & sectarum solicitatoribus, qui à fide, unitate & obedientia Ecclesiæ seducunt simpliciores & catholicos, vel per conuicia aut blandimenta, aut per aliquam conditionem compaternitatis, matrimonij &c. scilicet, si faciunt in eum finem, ut faciant eos declinare unitatem Ecclesiæ. &c. Cypr. lib. I Epistolar. Epist. I. Sic ut lupus circumit ouile, ut ouem de grege rapiat, & accipiter pullum gallinæ sub aliis: Sic est studium omnium hæreticorum, rapere & separare homines à catholica unitate & obedientia Romanæ Ecclesiæ. Christus venit facere unum ouile, Ioan. 10. At hæretici laborant, ut laceretur ouile, & oues dispergantur, & sic est diabolicum, &c.

*SOLICITANTIVM A FIDE
Romana Ecclesiæ, & solicitantibus obe-
dientium periculum.*

TITVLVS CCLXXXVIII.

PRIMÒ, plerique non putant peccatum, hominēs ad sectam trahere à fide & unitate Ecclesiæ: sed satis ostendunt exempla scripturæ, & pericula, ac punitio ciuitatum & regionum, hoc peccatum esse grauiissimum. & primò dicit Deus Deut. 11. Cautene capiatur cor vestrum, ut declinetis à via & fidere recta, & seruiatis dijs, & adoretis illos, & iratus claudam cœlum, &c. Ex quo patet, unde venit famæ, caustæ, &